



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad
Dominicam Septuagesimæ

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Erunt prava in directa & aspera in vias planas. Sic facta sunt aspera in
vias planas, ut iam jucundè per aspera, quàm per plana vivamus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44194

L. 2. de pe-
nit. c. 10.

ne omnibus & universale malum, ut sanctus Ambrosius affirmet, se facilius invenisse qui innocentiam servaverint, quam qui congruè egerint poenitentiam. POENITEMINI igitur, ait sanctus Petrus, & convertimini ut deleantur peccata vestra. Vide & doce ut interponit me-

dium, convertimini, inter poenitentiam & delectionem peccatorum, quia converti hoc est poenitere quomodo necessarium est poenitere, ut deleantur peccata; quod & finiendo sermonem suum sic confirmat; Convertat se unusquisque à nequitia sua.

AA 3.

Ibid.

IN EADEM DOMINICA AD HÆC EVANGELII VERBA:

*Erunt prava in directa, & aspera in vias
planas. Luc. 1.*

MULTÆ veritates aliunde huc derivari possunt quæ contra excusationes difficultatum proponuntur, ut videre est in Indice verbo difficultas. Hic autem nonnullæ aliæ indicantur, quas unicuique erit facile fusius declarare.

ALIA VERITAS PRACTICA.

Sic facta sunt aspera in vias planas, ut tam jucunde per aspera, quam per plana vivamus.

RATIO EST, Quia tam jucunde per aspera quam per plana vivimus si rerum asperitas sublata est, aut si facta est amabilis & voluntaria.

SIC enim sublata spectari debet asperitas, quando amatur, quando voluntariè & libenter accipitur. Nam hoc unum in rebus est asperum, quod eis repugnet animum: unde voluntariæ poenæ non eam habent asperitatem, quæ sentitur in involuntariis.

SED Christus nobis reddidit asperitates amabiles. Sua videlicet abundantè gratia, sua nobis infusa charitate, suo exemplo, suis beneficiis, suis promissis, suis promeritis, & sexcentis aliis motivis, quibus in omni pressura letamur. Et gloriamur propter eum qui diligit nos. Et sicut abundantè passiones Christi in nobis: Ita & per Christum abundat consolatio nostra.

Rom, 8.

2. Cor. 1.

Math, 11.

S.I.C. itaque facta sunt aspera in vias planas:

non ut omnino sublata sint, sed ut per illa tam libenter & jucunde vivamus, quam per plana. Sic jugum tempè remanet tollendum super nos, sed cum esset grave, sic factum est per Christum, suave & onus leve, ut nemo sit lætior & securior quam sub illo jugo. Quod sanctus Augustinus in se admirans, Vbi erat, inquit, tam annofo tempore, & de quo imo, aliquo secreto avocatum est in momento liberum arbitrium meum, quo subderem cervicem levi jugo tuo & humeros levi sarcina tua? Christe Iesu, adiutor meus, & redemptor meus, quàm suave mihi subito factum est carere suavitatibus vulgarum, & quas amittere metuo fuerat, iam dimittere, & audium erat. Ejiciebas enim eas à me, vera tu & summa suavitas: ejiciebas & intrabas pro eu. omni voluptate dulcior, sed non carnalis & sanguini: omni luce clarior, sed omni secreto interior: omni honore sublimior, sed non sublimibus in se. Iam liber erat animus meus à curia mordacibus ambiendi & acquirendi, & voluntandi at quo scalpenti scabiem libidinum. Et ibidem, libro sequenti. Mansuefacisti jugo tuo cervicem meam, & nunc porto illud, & leve est mihi, quoniam sic promissisti & fecisti. Et verè sic erat & nesciebam, quando id subire metuebam.

L. 9. Com-
fess. c. 1.Ibid. l. 10.
c. 36.

De his passim in sequentibus & præcipuè in quarta parte, Hebdomada 22. post Pentecosten. Vide etiam in libris de ordine, prima parte, discursu 22. sectione 5.

ALIA